Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



84

ducat meam carnem & bibit meum sanguinem
habet uitam eternam. Et ego resuscitabo eum
in nouissimo die. Caro enim mea uere est
cibus. & sanguis meus uere est potus. Qui
manducat meam carnem & bibit meum san
guinem. in me manet & ego in illo. Sicut
misit me uiuens pater & ego uiuo propter
patrem. & qui manducat me. & ipse ui
uet propter me. Hic est panis qui de celo
descendit. non sicut manducauerunt
patres uri manna et mortui sunt. Qui man
ducat hunc panem. uiuet in eternum. Hec
dixit in synagoga. docens in capharnaum.
Multi ergo audientes ex discipulis eius dixerunt.
Durus est hic sermo. quis potest eum audi
re. Sciens autem ihc apud semetipsum qua
murmurarent de hoc discipuli eius. dixit
eis. Hoc uos scandalizat. Si ergo uideritis filium
hominis ascendentem ubi erat prius. spiritus
est qui uiuificat. caro non prodest quicquam. Ver
ba que ego locutus sum uobis spiritus & uita sunt.